

rando, & ad divinæ misericordiæ viscera recurrendo, maximum illud Hominis eruditi studium felicissimè absolvit.

VII.

NÉque verò tot inter illustria priscae Ecclesiae Lumina silentio prætereundus est Sanctus ille Stridonensis **HIERONYMUS**, neque postremus ei in Sacro hocce Collegio locus est assignandus, cum Ipse quoque post acquisitam indefesso labore omnigenæ eruditionis copiam, post navatam Donato in Grammaticis, Victorino in Rhetoricis, Barrabano Judæo in Hebraicis strenuam & diligentem operam, insignis tandem *Sacrae illius Philosophiæ* coelestisque Sapientiæ cultor evaserit, meritissimo propterea longæ posteritatis elogio celebratus. Quod si v. omnino illa siluisset, ipsa fanè egregii huius Doctoris monumenta loquerentur, eum & nullum doctrinæ genus intactum reliquisse, & post apprehensam Aristotelicam, Platoniam, Stoicam, ac cæterorum omnium Gentilium philosophiam, supremam in *Christiana* lauream consecutum fuisse. Quo autè facilius atq;

f 2

ex-